



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXXIII. De Latrunculis qui LXX. regulos terrae Lethoviae occiderunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

iterum fratribus rebellare; Confœderationem fecerunt cum quibusdam  
de Pruschia, quorum detestabile <sup>ubi interfctus fuit postea  
(c) candelæ ardentes sapius  
sunt visæ.</sup>

Etum bene hæc meruit, quod eorum nomina in publicam redigerentur formam; sed propter status ipsorum reverentiam est omissum. Convenerunt itaque sub his pactis ut Principem  
(a) Ruyañorum cum valido exercitu, invitarent & ejectis fratribus de terra Pruschiæ ipsum Regem & Dominum suum constituerent. Quod factum detestabile in ædificatione castri Raganite (b) detectum fuit, & quilibet de Bartha & Pogesania hujus nefandæ conspirationis recepit mercedem debitam pro labore.

## ANIMADVERSIONES

AD CAP. CCXXVII.

- (a) Rugia Insula in Mari Baltico habuit olim proprios Principes ex Slavo genere oriundos.  
(b) Conspiratio illa Pruthenorum in ipsa herba extincta est.  
(c) Scilicet noctu, ut addit Jeroschinus. fol. 170. b. col. 1.

## CAP. CCXXIII.

*De**Latrunculis qui LXX. regulos terræ  
Lethovia occiderunt.*

**H**oc tempore quidam Lethovinus dictus Peluse offensus à Domino suo quodam regulo qui quasi secundus fuit post Regem Lethovinorum in regno suo, cessit ad fratres in terram Sambiacæ, & ad petitionem suam Commendator de Kunnigsberg dedit ei Martinum de Gollin, Conradum (b) dictum Diabolum, & quendam dictum Stövemehl (c) & alios viros audaces XX. qui in

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Conradus à Tierberg. Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

in latrociniis fuerunt plenius exercitati, ut cum eo in armis  
irent ad vindicandam injuriam sibi factam; Qui cum venissent  
propè ipsius Reguli (*d*) habitationem, invenerunt quasi omnes  
nobiles vicinos Regni Lethoviæ ad nuptias ibidem invitatos, &  
dam secundum solitos mores omnes inebrati quiescerent, in  
stratu irruerunt in eos, & præter alias quorum multi fuerunt  
LXX. Regulos cum hospite occiderunt. Sponsum & Sponsam  
& uxores Regulorum cum familia, parvulis, & centum equos  
cum auro & argento & omni Domus suppellestili deduxe-  
runt.

## ANIMADVERSIONES

AD CAP. CCXXIII.

- (a) Pelusa ē magnis Lithvaniæ ducibus ortus Stroinati Daumandiv filius, aut ob factiones, aut alia de causa proscriptus, inter Crucigeros exulabat, & Principatu in alienam domum derivato, ipse M. Ducus titulos privatâ auctoritate extra Patriam usurpabat. Alb. Wijuk Kojalovicz Part. I. Hist. Lithvan. Lib. VI. pag. 184.
- (b) Dyvel habent Chronica antiqua, vel variante dialecto Teuffel, Kajalovicz perperam legit Turvil.
- (c) Chronicon Germ. quo Dominus Zamelius usus est, legit: Corad Teuffel vder Turbil Claus Stobmel. Ruder & Nakain.
- (d) Arx illa Struterie appellatur in Chronico primo Bibliothecæ Walrodianæ.

## CAP. CCXXIV.

*Ad idem.*

**I**dem Martinus cum paucis sociis exiit versus Lethoviam, & dum per aquarum inundantiam pertransisset, venit ad fluviū, qui dicitur Buka, in quo vidit navem oneratam Mercimoniis descendenter, quam secutus occulte, dum post Cœnam, nautæ quiescerent dormientes, irruit cum sociis suis in eos, &

Qq

omnes

